Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

ſigit parti Fortunæ, ſecundùm aſtrologos, in 19 6 ♐. Sit hujus directioni electus locus oppoſitus ♃. 12 34 ♒, tanquàm Promiſſor. Ab hoc igitur loco auffero diſtantiam dictam, reſtat 15 39 ♓. Atq; hic eſt locus, ad quem eòdem tempore, quod quærendum eſt, pvenit Horoſcopus. Quæratur, p ſupiora, ejus Aſc. obliqua, q̃ eſt Viennæ 353 13. Erit ergò A R M C 263 13, culminatq; 23 46 ♐. Hic iterum erit locus directionis M. C eòdem adhuc quærendo tempore. Auffero ergò ab hac Aſc. R horæ natalitiæ Temp. 103, reſtant 160 13, A. R loci directionis Solis, ſcilicet 8 31 ♍. Vt igitur tandem ſciatur, quoto anno contingant directiones hæ oẽs, aut ut Sol etiam pp. ſeipſum ad hunc locũ dirigatur, auffero ab hoc, locum Solis natalitium, reſtant 33 20, qui ferè totidem ſunt anni: ſed accuratè, Cùm Añoaliæ ☉ natalitiæ proximus arcus ex Tabula, ſit 30. 30, cui ad marginem adſcripti ſunt Dies 32, adde ad hunc arcum illud interVallum, fit arcus 63 50. Et Verò arcus 63 12 oſtendit Dies 66, reſidua igr ſcr. 38 addunt horas circiter 15, unde ablatis illis 32, reſtant 34, cum horis 15, ſignificantes totidem annos & menſes 7 ſ. quibus exactis Venit pars foruna ad oppoſ. ♃, Aſcendens, Medium Cœli, Sol, ꝙdq; ad locum priùs definitum. Etiamq; Luna ad 5 26 ♌, addito eodem arcu 33 20, ad locum Lunæ radicalem 2. 6 ♋.

PRÆCEPTVM 209

DATO NVMERO ANNORVM Alicujus Accidentis, electóq; ejus & Promiſſore & Significatore, qui ſit vel Horoſcopus, vel Medium Cœli, vel Pars Fortunæ: corrigere tempus Nativitatis, & ſic, locum Significatoris.

PONO quæ ponunt Aſtrologi, fides ſit penes opinionem cuiusque de quolibet accidente.

Per pc. 207
Per pr. 208

Igitur per datum numerum annorum, exquire locum directionis ſolis, ejúsque Aſc. Rectam. Deinde per electum locum directionis partis Fortunæ, conſtitue locum directionis Horoſcopi; per Horoſcopi locum directionis conſtitue loci directionis Medij Cœli Aſc. rectam, á qua aufer loci directionis Solis Aſc. rectam priùs conſtitutam; relinquentur tempora æquatoria, quæ in horas converſa, dant correctum, ex hac hypotheſi, tempus natalitium, eadem tempora addita ad Aſc. rectam loci Solis natalitij, dant Aſc. rectam M. C. radicis, & per hanc, ipſum Medium Cœli correctum, &, per pceſſum ſuperiorem, etiam Horoſcopum correctum, ut & Partem Fortunæ, quam tradunt Aſtrologi.

Loca verò Solis & Lunæ dantur cum die; nec corriguntur per accidentia.

IN Geneſi Rudolphi IMP. Tempus Vulgò fertur hl 6 52, quá oritur 22 ♈. Verùm eſto, ut anno 28 ætatis completo morbus inciderit, qui Viſus ſit attribui poſſe directioni Horoſcopi ad corpus ♄. Quæritur quæ proditura ſit hora Natalitia, ꝙd Aſcendens ſeu Horoſcopus? Ergò ad Anomaliæ Solis 30 17, arcûs ex Tabula proximi 30 30, dies 32 in margine adſcriptos, adde numerum annorum 28, Summa Dierum 60 oſtẽdit in tabula arcum 57 23, unde ablato arcu 30 30, manet arcus Directionis Solis 26 53, qui ad 5 11 ♌ additus, dat locum Directionis Solis 2. 4 ♍. Atq; hic quidem eſt ipſe locus oppoſitus Saturni, quæ ſola Directio penes aſtrologos ſuſtinere poteſt opinionẽ cauſæ morbi. Sed nos jam inhæreamus ei, quod fuit poſitum, pergentes ad inquirendum Verum Aſcendens, tanquàm genuinum ſignificatorem. Locus directionis Solis jam ſcitur, ejus A. R eſt 154 4. Quærenda eſt & alia Aſc Recta, unde hæc ſubtrahatur, illa ſcilicet, q̃ eſt Medij Cœli, oriente Promiſſore, corpore Saturni. Hoc Verò cùm ſit in 2 15 ♓, lat. 1 57 Mer, inVenietur illic oriens 6 57 ♓ & A. obliqua 348 56. Hinc, ut dictum, factâ ſubtractione, remanet pro Temporibus natalicijs á Meridie, ſic correctis, arcus 104 52, quæ Valet Horas 7. 0. Per has Verò inVenitur methodo ſuperiore, Medium Cœli correctum 25 ♏. Aſcendens 24 ſ ♈, correctus Horoſcopus.

p̃cepto 208

præcepto 20[illegible]

Vides, in hoc etiam proceſſu directionem partis Fortũæ ut ſignificatoris, reduci ad directionem Aſcendentis, Medij Cœli & Solis; ità directionem Horoſcopi fieri per directiões Medij Cœli & Solis; deniqùe directionem Medij Cœli fieri p directionem Solis; at directionem Solis imediatè fieri.

HAEC hactenus, in gratiam gentis aſtrologicæ; ne mater vetula (quâ ſimilitudine ſum uſus in præfatione ad lectorẽ) ſe deſtitutam & deſpectam à filiâ ingratâ & ſuperbâ queratur.

FINIS.